

Guelfi funduntur imparati^a ad pugnam, fusi diffugiunt, cedes plurima fuit^b ex parte Guelforum, in paludem proximam diffugiunt, in quibus^c omnes penitus periire. Ibi periit Petrus frater regis cum equo ex ponte corruens in palude^d. Pissanorum equites maxime peditibus pepercerunt. Exules Florentini stragem ac cedem de Guelfis plurimam fecerunt^e, multi cesi, plurimi capti sunt et ducti captivi, spolia multa capta. Eo die presidium quod erat in Monte-Catino et alii oppidani hostibus odiosi [fugerunt^f Pistorium, Lucenses] deserto castello potiti sunt. Vendicatum est seve^g de agricolis Lucensium, qui se coniunxerant hostibus. Preda omnis et spolia concessa^d sunt equitibus Germanis, ut^h conventum erat. Festo beate Marie Septembrisⁱ maxima multitudo plebis captive a Pisanis laxata^k est intuitu beate Marie. Ceteri maioris momenti servati sunt carcere. Comissum est autem hoc prelium anno Christi MCCCXV^{o1} mensis^m Augusti die XXVIIIⁿ.

De repulsa Ugutionis tum ducis^o Pissanorum.

Dum Pisis anno sequenti floreret Ugutio, et filius eius¹ prefectus esset in Luca, eius potentie tedium utriusque urbis quosdam principes cepit. Itaque consilia^p ineunt de Ugutionis principatu removendo^q. Ex composito in Luca seditio struitur, noxa comititur^d; dum Ugutionis filius iuditium exercere moliretur, ei obsistitur. Ille rem patri notificat. Ugutio accepta equitum parte a Pisis Lucam accelerat. Dum ibi esset, Pisis de industria tumultus oritur, conclamatur libertas, vicarius Ugutionis occiditur, status eius urbis mutatur. Hoc conperto in

a) 'im parati' Hs. b) Man könnte 'fit' vermuten, aber die Uebers. hat: 'et granda ucisione fo'. c) So Hs.; 'in una palude . . . in la quale' Uebers. d) So Hs. e) 'fecrūt' Hs. f) Die eingeklammerten Worte habe ich nach der Uebers. eingefügt, welche hat: 'In quello di quegli ch'erano a la guardia de Monte Catino et quegli del castello odiosi ai nemici abbandonaro lo castello et fuggiro ad Pistoia e i Luchesi pigliaro lo castello'. g) 'sceue' Hs. h) 'et ut' Hs. i) 'decēbri' Hs.; 'de setembre' Uebers. k) 'lassata' Hs. l) So Uebers.; 'MCCCVO' Hs. m) 'mens.' Hs. n) So Uebers.; die Zahl fehlt Hs. Der Schlachttag war der 29. August. o) 'duce' Hs. Diese Ueberschrift fehlt hier in der Uebers., sie ist verändert irrig mit der des folgenden Kapitels verbunden, steht dort an dessen Anfang. p) 'consilia' Hs. q) 'mouendo' Hs.; 'de removerlo' Uebers.